



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

24 De Praelatvrvrm Commendis vt vocant, & incorporationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

gnam viuat vitam, & qui ipse propria illud possideat perso-
na, nec plura quidem, sed vnum tantum beneficium cura-
ratum, seu Parrochiale Ecclesiam, Christiane, hoc est sine
ne offendiculis vllis, sed multo, cum doctrinae tum vitae in-
tegritatis fructu administret.

DE PRAELATVRARVM COMMENDIS

vt vocant, & incorporationibus.

24 Item & illud hucusq; notorie obseruatum fuit, vt Abbas-
tia multae, Coenobia item plura, ac reliquae id genus domus
seu Ecclesiasticarum personarum congregaciones, fundatio-
nes, s. Imperatoriae ac Principales, Cardinalibus, Episcopis,
ac caeteris praelatis, in tutelam comendarentur incorporaren-
turq;. Quare factum est, vt per Cardinales Episcopos ac pre-
latos illos, quibus ita, vt dictum est, commendatae erant Ab-
batiae ac Monasteria, ita sunt attenuata, exhaustaq;, q; cu an-
te hac in vno illorum monasteriorum quadraginta, quinqu-
aginta, aut vltra hoc etiam personae satis commode potue-
runt foueri, vt nunc aegre quinq;, sex, aut decem necessarijs
provideri possit alimentis. Quae res omnis in priuata com-
pendia ac commoda Cardinalium est excogitata, Vnde nedu
plura oriuntur offendicula, sed & grauamina oneraq; ardua,
ac non ferenda Germanis. Ideoq; & hic supplicatur, Abbas-
tias praedictas, Monasteria, ac religiosas caeteras domus, de-
nuo in integrum ius eorum, pristinumq; reru statum restitu-
endas, cauendumq; posthac, ne cuiqua tales Comendae, vt vo-
cant, seu incorporationes, concedantur.

DE COLLEGIATIS ECCLESIIS, QVAE

super Nobilibus tantum fundatae sunt.

25 Insuper, licet quaedam sint collegiatae Ecclesiae per Ger-
maniam, quae a Nobilibus, & in hoc, vt nobiles tantum sum-
mae atq; mediae sortis ad eas reciperentur, primum sunt fun-
datae, in quibus per diutinae obseruatae ac praescriptae con-
suetudinis priuilegium est, vt tantum Principes, Comites